

PHARMACIAE RATIONALIS

SUPPLEMENTUM PRIMUM.

COLLEGII MEDICI AUCTORITATE

CONSCRIPSIT

D. PHILIPPUS IACOBUS PIDERIT

SERENISSIMI HASSIAE ELECTORIS CONSILIARIUS
AULICUS COLLEGII MEDICI HASSO-CASSEL-
LANI MEMBRUM ACADEMIAE IMPERIA-
LIS NATURAE CURIOSORUM NEC NON
SOCIETATUM LATINARUM QUAE
CAROLSRUHAE ET IENAE
FLORENT SODALIS.

Ad editionem d.a. MDCCXCVII. recusum.

FREYBERGAE Hermundurorum,

Impensis & Typis CRAZII & GERLACHII, MDCCCVI.

PHARMACIAE ET ALCHYMIAE

SCHEMATICAE ET PRACTICAE

COLLIGITUR VENETIIS A JACOPO SILENTIO

1590

D. G. M. PHARMAKIAE ET ALCHYMIAE

SCHEMATICAE ET PRACTICAE
COLLIGITUR VENETIIS A JACOPO SILENTIO
1590

§. 1.

Ut medicamina, quibus seniori nostro aevo sⁿpelle^x medica aucta fuit, in Pharmacopoliis nostris non desint, aut etiam ea, quae maturor experientia & scrutinium exquisitum, vel inertia & nociva, vel saltim superflua reperierunt, ex eis eliminentur, aut tandem praefantioribus encheiresibus, quas in parandis medicaminibus Chymicorum solertia detexit, libellus noster ornaretur, in genere, ut *Pharmacia nostra*, omni suae aetati & temporis adaptata maneat, promisimus, cum ante sex nunc annos tertiam editionem evulgavimus, certo annorum spatio *Supplementum* quoddam subnectere. Tanto maiori etiam oblectamento labore hunc aggrediemur, quoniam tali modo de multis & variis rebus, ita Eruditorum suffragia colligere possumus, ut inde, si iterum aliquando opusculum nostrum in publicum prodiret, denique *Codex pharmaceuticus vere classicus et catholicus* everget. Caeterum simul in plagulis his conscribendis, grata mente agnosco & laudo adminicula, quibus mihi Viri supra laudem meam positi, *Consiliarius aulicus*, D. GRANDIDIER, *Collegii nostri Medici Vice-Director*, et *Medicus provincialis*, D. GRANDIDIER, *Collegii praedi^{ti} Membrum*, nec minus, civitatis nostrae, ob praeclaram suam in chymicis rebus notitiam laudandus *Pharmacopodus FLUEGGER*, *Collegii nostri Assessor*, fideliter adstiterunt.

§. 2.

Exordiamur ab eis, quae accuratori examine ex numero tam simplicium, quam praeparatorum & compositorum medicaminum expungenda sint, & pertinent quidem ex *Catalogo simplicium* huc:

A 2

N. 12.

- N. 12. *Herba Anagallidis*, cuius virtus antilyifica, quam
B. VOGELIUS & B. noſter KAEMPFIUſ ei adſcripſe-
runt, tam dubia & debilis eſt, ut neutiquam in tam
diro morbo ei fides tribuenda fit, quod etiam inter
alios immortalis HALLERUſ monuit.
- N. 13. *Radix Angelicae*, quae, cum medicamentorum
aromaticorum & irritantium, & quidem efficacio-
rum, nobis non eſt penuria, raro hodie a Medicis
praeſcribitur.
- N. 19. *Radicis Aristolochiae rotundae laudata vis irritans*
& excretiones varias, praeſertim mensium promo-
vens, tam debilis eſt, ut maiori cum effectu loco
huius radicis, *Valerianam*, *Galangam*, *Serpentariam*
&c. praeſcribamus. B. CULLENIUS eam in promo-
vendo catameniorum fluxu plane inefficacem invenit.
- N. 22. Quamquam *Ari radices*, si recentes ſunt, acre &
cauſticum poſſident principium, tamen ſiccatione
illud plane amittunt, ita ut nihil, quam farinosum
& ſterile corpus remaneat, cui civitatis ius dero-
gandum eſt.
- N. 26. *Aſtragalum exſcapum illuſtr.* WINTERL & per ill.
L. B. a QUARIN, tanquam ſummuſ antiſyphiliti-
cum quidem laudaverunt, poſtea vero alii, & inter
eos praeſertim illuſtr. HUNCZOWSKY & MICHA-
ELIS, tam inefficacem invenerunt, ut melius iudice-
mus, eius uſu ſuperſedere.
- N. 36. *Herba Beccabungae*, etiam in recenti ſtatu, nullas
poſſidet vires medicinales.
- N. 84. Quando etiam *Colchici autumnalis radices*, & ex
eis parata medicamina, in aliis regionibus laudabileſ
exferunt vires diureticas, in aliis tamen, ſicut etiam
in noſtris, nullum praefant effectum, & itaque tan-
quam in medicamen, quod dubiae, modo dradſicae,
modo nullius eſt virtutis, quod nihilominus *Squili-
lam*, cuius laus retro multis ſaeculis immota ma-
net, obnubilat, ex penu pharmaceuticali ciuien-
dum eſſe putamus.

N. 87.

- N. 87. Quoniam *Consolidae* *majoris* *radicis* *vires* *involventes*, *demulcentes* & *incrasstantes* ab aliis *superantur*, *eam* *tanquam* *superflua* *ex catalogo* *nostro* *expungere* *possimus*.
- No. 100. Pro *Erysini* *herba*, *efficaciores* *Cochleariae* & *Nasturtii* *aquatici* *herbae* *recipientur*.
- N. 124. *Herba Hederae terrestris*, *tanquam* *medicamentum*, *a quo* *nihil* *vel* *paucum* *exspectandum* *fit*, *quoque* *pro* *superflua* *pronuntianda* *est*.
- N. 137. *Iridis florentinae* *radicis* *cum* *Ari* *radice* *par* *est* *ratio*.
- N. 187. *Pilae marinae* *Spongiae* *officinalis* *viribus* *longe* *superantur*.
- N. 223. *Herbae Salicariae* *merita* *in compescendis* *variis* *sanguinis* & *alvi* *profluiis* *non* *tanta* *sunt*, *quae* B.
HAENIVS *de ea laudat*, *sed* *multo* *magis* *Simarubae*,
Succo Iaponico & *aliis* *longe* *postponenda*, & ita
que tanquam *superflua* *iudicanda* *est*.
- N. 261. *De Veronicae herba* *eadem* *valent*, *quae* *de* *Hedera* *terrestri* *monuimus*.
- N. 262. *Radix Vincetoxici*, *radice Valerianae* *suppletur*, *quae* *quidem* *maiorum* *est* *virium*.
- N. 263. *Cum Virgae aureae herba* *eandem* *habet* *rationem*, *quam* *cum* *Consolidae* *radice*.
- N. 270. *Pro Zedoariae* *radice* *tandem Galangam*, *vel* *Zingiberim* *praescribere* *possimus*.

§. 3.

Ex praeparatorum & compositorum cohorte dimitenda sunt:

- N. 1. *Acetum Colchici*, *ob rationes* §. *praec.* *adductas*.
- N. 150. *Mercurius cinereus*, *cuius loco* *solubilis Hahne-*
manni *inferendus* *est*.
- N. 189. *Oxymel Colchici*, *ex causis* §. *praec.* *prolatis*.
- N. 205. *Pulvis squilliticus*, *quia* *praestat* *pro* *quavis* *sin-*
gulari *indicatione* *Squillam* & *praeparata* *ex ea* *praesi-*
scribi, & *pro* *diverfa* *morbi* *indole*, *modo* *cum his*,
modo



- modo cum aliis, vel corrigentibus, vel coadiuvantibus commisceri. Redolet etiam mixto haec tempora HELMONTII & STAHLII.
- N. 241. *Species pro Thea*, quae nullum praecipuum usum habent.
- N. 250. *Spiritus Melissae*, qui raro a Medicis praescribitur, & ideo Pharmacopoeae cum eo non onerandae sunt.
- N. 308 & 9. *Trochisci bechici albi et nigri*, quia horum loco *Pasta de Althaea* esse potest.
- N. 313. *Vitrum Antimonii ceratum*, quia prae aliis vomitorii nullam praerogativam habet, & tamen audaciores empirici cum eo damnose in corpora humana saeviunt.
- N. 319. *Unguentum nutritum*, quo facile carere possumus, quia *album* iam vices eius commode supplet, & in genere melius est, numerum *Emplastrorum & Unguentorum* magis restringi, quam praeter necessitatem augeri.

S. 4.

Sunt vero nunc alia medicamenta, quae digna censemus ut in penu nostro pharmaceutico recipiantur, & quidem ex simplicibus haec sunt:

1. *Conchae marinae.*

Ostrea edulis. In Oceano inveniuntur. — *Conchae*

marinae. Austerschalen.

Praeparata. Conchae praeparatae.

2. *Magnesia nigra.*

Molybdaenum Magnesia. Acquiritur ex Thuringia & Saxonia. — *Magnesia nigra.* Braunstein.

Eligatur coloris nigri vel obscuri fusti.

Ad producendum aërem diphlogisticatum, & paranda alia medicamenta infervit.

3. *Spa-*

3. Spatum Ponderosum.

Terra ponderosa vitriolata, Bergman: Comparatur ex Hercyniae & Saxoniae fodinis, & invenitur etiam in aliis regionibus, praecipue Anglia. — *Spatum ponderosum*. Schwerfpat.

Eligatur tale, quod non cum metallis, praesertim *Cupro* vel *Plumbo* inquinatum, sit ergo pellucidum, transparente, coloris albi vel lactei & crystallisatum, intus ab omnibus punctulis metalliferis purissimum, & extus floridum metallicorum expers, nec valde coloratum.

Praeparata. Terra ponderosa salita.

§. 5.

Praeparatorum & compositorum numero adscribenda sunt:

1. Conchae praeparatae.

Ostrearum Conchae macerantur & laventur in lixivio cinerum, cui pauxillum *Calcis* additum fuerit, eosque, donec a sordibus & mucore satis purgatae sint; mundatae tunc siccentur, in mortario ferreo subtilissime pulverifentur, ac super marmore laevatae, per sindonem traicentur.

Ad praeparandum *Hepar Sulphuris calcareum* interficiunt.

2. Emplastrum adhaesivum.

Rec. *Emplasti communis*, Libram unam.

Pitis burgundicae, Uncias tres.

Terebinthinae, Unciam dimidiam;

Colliquatis fiat *Emplastrum*.

Pro uniendis vulneribus adhibetur.

3. Hepar sulphuris calcareum.

Rec. *Concharum praeparatarum*,
Sulphuris pulverati, ana Uncias tres.

Can-

Candescant per duodecim minuta temporis in crucibulo, & refrigerata serventur in vitro probe clauso.

Pro liquore Vini probatorio parando asservandum est.

4. Liquor vini probatorius Habemann.

Rec. Salis Tartari essentialis, Drachmas duas.
Solve in

Aquae fontanae destillatae, Unciis sedecim; postea adde,

Hepatis Sulphuris calcarei, Drachmas duas.

Agitentur per quadrantem horae in appropriato vitro, & postquam pulverulentum subsederit, liquor decantetur, & adhuc adde,

Salis Tartari essentialis, Unciam dimidiam.

Soluto Sale Tartari, stent aixta usque dum liquor perfectam suam pelluciditatem acquisiverit, ubi tunc proinde decantetur.

Hoc modo quidem quam optime Liquor noster paratur, quoniam vero in Pharmacopoeis minorum urbium, Sal essentialis Tartari non semper praesto est, sequenti etiam ratione is parandus est:

Rec. Cremoris Tartari,
Hepatis Sulphuris calcarei, ana Unciam dimidiam.
Misceantur & adde,

Aquae fontanae, Unicias sedecim.

In vitro bene obturato mixta agitentur, & postea asservetur Liquor in vitris Unciam unam carentibus, cui unicuique instillentur.

Acidi Salis communis, Guttæ decem.

Si Vino, quod cum Plumbo vel aliis sanitati nostrae noxiis metallis inquinatum est, Liquor noster instilletur, sequitur statim praecipuum fuscum, pro maiori vel minori admixta Plumbi quantitate, modo coloratius modo debiliter. Terrum Liquor intactum relinquit.

5. Mer-

5. *Mercurius solubilis Hahnemanni.*

Rec. *Acidi Nitri*, Uncias quinque.

Sensim ei instilla,

Mercurii vivi probe depurati, Unciam dimidiam.

Ponatur phiala, in qua solutio perficienda est, in
vas amplum *Aqua fontana frigida* repletum,
& in loco frigido asservatum.

Mercurii vivi Uncia dimidia soluta, addatur alia

Mercurii Uncia,

& hac iterum soluta, adhuc

Mercurii Unciae tres cum dimidia.

Sic perge, donec nullae ultra prodecent bullulae,
ubi solutio post aliquot horas plerunque in
mazzam album salinam abierit, quod indicat,
solutionem rite peractam esse. Solutio ita
peragatur, ut non celeriter & cum vehementia
fiat, quod impeditur, cavendo ne calor fluidi
gradum sexagesimum *Scalae Fahrenheitianae*
unquam superet. Solutione peracta decante-
tur *Liquor*. Eximatur *Mercurius vivus* non
solutus, & *Sal* in cucurbitula reliquum, at-
tenuetur cum pauxillo *Aqua destillatae*, & *filtro*
chartae bibulae committatur. *Sal* probe, sed
absque omni calore exsiccatum solvatur in

Aqua destillatae, Libris quinque.

Seponatur dein per duodecim horas, postea de-
canteatur *Liquor pellucidus*, & vasi magno vi-
treo immittatur. Affundatur tandem

Spiritus salis Ammoniaci urinosus,
lente & guttatum sub perpetua cum bacillo terreo,
seu vitreo agitatione, & quidem tamdiu, donec
solutioni nullum ulterius excidit *praecipitatum*
nigrum. Seponatur tunc iterum per duode-
cim horas & caute decantetur. Pulvis rema-
nens *Aqua destillata edulcoretur*, *filtro char-*
tæ bibulae committatur, atque sine omni calore
exsiccatur. In mortario vitreo denique in pul-
vereim

verem redigatur, & in vitro probe obturato
usui servetur.

Praeparatum hōc, tanquam *Calx Mercurii*, quae fa-
cile in corpore nostro solvitur, & nihilo secus *corrosivum*
effectum edit, ad optima & praestantissima ex *Mercurio*
parata medicamina pertinet, uti magno cum acumine &
profunda sua chymica eruditione docuit *illustr. GRENIUS*
in Opere non satis laudando & sui generis unico & classi-
co, nimirum Handbuch der Pharmacologie II. Th. p. 214.
seq. Datur caeterum *Mercurius noster* in omnibus illis
morbis, in quibus §. 538. *Mercurium dulcem* laudavimus,
& quidem adultis a Grano uno usque ad sex quotidie, sen-
sim sensimque enim dosin augendo. *Salivatio* uti in aliis
Mercurii praeparatis, interpositis laxantibus impeditur.

6. Pilulae purgantes.

Rec. *Resinae Ialappae,*
Saponis alicantini, ana Libram dimidiā.
Mercurii dulcis, Unciam unam cum dimidia.
Fiat cum *Essentia Corticum Aurantiorum Massa*
Pilularum.

Ad Grana sedecim usque ad viginti quatuor, & in
robustioribus usque ad triginta, effectu respondent.

7. Pulvis digestivus.

Rec. *Cryſtallorum Tartari*, Libras quatuor.
Salis Ammoniaci, Libram unam. Misce.
Ad incidentos humores viscidos, crassos & tenaces,
& itaque in febrium, praecepue, *intermittentium* principio
omni trihorio a Drachma una usque ad duas exhibetur.

8. Pulvis eccoproticus.

Rec. *Pulveris radicis Rhei*,
Tartari tartarifati, ana Uncias sedecim,
Flavedinis Corticum Aurantiorum, Uncias duas.
Misceantur.

Ubi alvus blande laxanda est, porrigitur bisterve in
die, a Drachma dimidia usque ad integrum.

9. Pul-

9. *Pulvis psoricus.*

- Rec. *Tartari vitriolati*, Uncias duas.
Florum Sulphuris,
Pulveris Antimonii crudi, ana Unciam unam.
Radicis Ialappae,
Florum Cassiae, ana Unciam dimidiam.

Titulus usum indicat, & datur *adultis* bisterve in die, a Drachma dimidia usque ab unam, *infantibus* octo vel decem annorum, Scrupulus, vel Drachma dimidia sufficiunt. Adhibito simul *Unguento Zelleri* felici cum successu, hoc *pulvere* semper scabiosos nostros sanavimus.

10. *Pulvis purgans.*

- Rec. *Pulveris radicis Ialappae*,
Crystallorum Tartari, ana Libras duas.
 Misceantur.
- Quando in robustioribus, & qui multa pituita scatent, alvus purganda est, datur ad Drachmam dimidiā.

11. *Sapo Ialappinus.*

- Rec. *Saponis alicantini rasū*, Unciam unam.
 Addita *Aqua* parum irroretur, & in *vase* *terreo* igne leniori liquetur, deinde adde,
Resinae Ialappae pulveratae, Unciam unam.
 Evaporetur dein massa usque dum debitam consistentiam acquisiverit.
 De *usu resinae Ialappae* vid. §. 627. & tantum de hoc praeparato notandum est, quod addito *Sapone resinae* virē maxime exalentur, ita, ut si de *resina simplici* sex, octo-decem Grana requirantur, de *nostro Sapone ialappino* iam dimidia pars sufficiat.

12. *Spiritus Tartari.*

- Rec. *Tartari crudi pulverati*, quantum vis. Immitatur *retortae* *filiī* *tubulatae* ut huius duas tertias partes occupet, igne sensim aucto institutur destillatio. Liquor, una cum *Oleo* *acido* transibit in *vas recipiens* *amplum*; *Spiritus* ab *Oleo* *separatus* *rectificetur*. Pro

Pro parando Spiritu antiscorbutico Drawitzii in Pharmacopoeis praesto sit.

13. *Terra ponderosa salita.*

Rec. *Spati ponderosi*, Uncias decem.

In crucibulo tecto calcinetur & pulveretur, postea ei adde,

Cinerum clavellatorum depuratorum, Uncias viginti. Mixta fundantur in crucibulo hassiaco, per horae spatium. Massa effusa & in pulverem redacta aliquoties coquatur cum

Aqua deßillatae sufficienti quantitate, donec omne salinum absumptum sit. *Terrae ponderosae* remanenti affunde,

Acidi Salis communis puri, cum

Aqua deßillatae quantitate aequali diluti, quantum satis ad *Terrae ponderosae* solutionem & perfectam cum eadem saturationem.

Solutioni dein adde,

Terrae ponderosae calcinatae, Unciam dimidiam, & cum eadem digestioni per aliquot horas sub-

mitte. Tunc parvam quantitatem eiusdem, cum Guttis aliquot *Liquoris vini probatorii* commisce, & si nil nisi *praecipitatum album* ex solutione delabitur, ulterius, postquam ante per aliquot dies seposita & dein filtrata fuit, evaporetur & crystallisationi committatur. Si vero illud *praecipitatum* adhuc *cologratum* appetat, denuo aliquid *Terrae ponderosae* addatur, & tandem in *crystallos* redigatur, quae in *vitro probe clauso* usui serventur.

Retro aliquot annis medicamen hoc in *Anglia* inclaustrit, & praeſertim ab *illuſtr. CRAWFORD* ad *glandularum obſtructiones* referandas laudatum fuit, quod etiam postea *Germaniae nostrae* *Medici*, *principue Viri illustr. HUFELANDUS*, *BUCHOLZIUS* & *THILENIUS* multis observationibus comprobaverunt. *Vires* eius sunt in tali gradu *irritantes*, ut largiori manu datum, medicamen hoc anxi-

anxietates, nauseam, vomitum & vertiginem excitet. Ab virtute vero hac irritanti vires eius resolventes, diaphoreticae, diuretiae, imo antispasmodicae & anthelminticas derivandae sunt, ob quas inde in omnibus morbis scrophulosis, strumis, obstructionibus glandularum mesaraicarum, ophthalmia scrophulosa, asthmate humido, serpigne, tinea capitis & ad vermes expellendos valet. In pulmonum tuberculosis, ob summam suam irritantem vim vero minime conductus. Solvatur Drachma una in Uncia Aquae cuiusdam distillatae, & de hac solutione, adultis porrigitur ter quartu[m] in die, Guttae quindecim viginti, & sensim usque ad sexaginta ascendendo. Infantibus uno anno natis & biennibus, dentur Guttae tres, quinque vel sex. In genere notandum, semper summa cum cautione Medicamen hocce administrandum, in morbis inflammatoriis plane vitandum, & cum eius usu Decocca mucilaginosa coniungenda esse. Caeterum vid. illustr. HUFELANDI vollständige Darstellung der medicinischen Kräfte und des Gebrauchs der salzauren Schwererde.

14. *Tinctura gingivalis balsamica.*

Rec. *Myrrhae electae,*
Succi Iaponici, ana Unciam unam.
 Pulverentur & mixtis instilla
Balsami peruviani nigri, Drachmas duas;
 postea adde,
Spiritus Cochleariae,
Vini rectificati, ana Uncias tres.
 Digere per aliquot dies & filtra.

Ex titulo usus appetet.

15. *Tinctura Squillae.*

Rec. *Radicis Squillae pulveratae,*
Cinerum clavellatorum depuratorum, ana Unciam dimidiam.
 Terantur in mortario lapideo, & postea adde,
Spiritus Vini rectificati, Uncias quatuor.
 Digere per sex horas & Tincturam modica adhibita expressione filtra.

In

In iis, qui ab aliis *Squillae* praeparatis, *nausea* & *vomitu* molestantur, conductit: tamen etiam minori dosi, Guttis nimirum triginta incipiatur, & sensim, omni trihorio quinque Guttis additis, usque ad centum & ultra ascendatur.

§. 6.

Medicamentis, quae statim ad quamlibet praescriptio-
nem parantur, & quae *tertia Pharmatiae pars* continet,
quoque aliquas formulas ideo adiiciendas putavimus, quia
omni fere die ac hora praescribuntur.

1. *Clysm a commune.*

Rec. *Florum Chamomillae,*
Seminis Lini contusi, ana Unciam dimidiam.
 Coque sufficienti quantitate
Aquaee fontanae
 ad remanentiam Librae unius, postea cola & adde,
Olei Lini seu Olivarum, Uncias duas.
Nitri depurati, Drachmas duas.

2. *Potio laxans salina.*

Rec. *Salis mirabilis Glauberi*, Uncias duas. Solve in
Aquaee fontanae, Unciis octo. Adde
Oxymellis simplicis, Unciam unam.
 Omni bihorio ad aliquot Uncias exhibetur.

3. *Potio purgans.*

Rec. *Foliorum Sennae*, Unciam dimidiam.
 Lenissimo calore per quadrantem horae digere
 sufficienti quantitate
Aquaee fervidae.
Colatura Unciarum sex adde,
Effentiae Corticum Aurantiorum,
Syrupi Cerasorum acidorum, ana Unciam unam.
 Ob gratum saporem etiam eis accepta est, qui aegre me-
 dicamina sumunt. Datur ad Cochlear uatum omni bihorio.

4. *Potio Riverii.*

Rec. *Cinerum clavellatorum depuratorum*, Drachmas tres.
Aceti

Aceti Vini, vel Succi Citri vel Berberum, quantum sufficit ad saturationem;
postea adde,
Syrupi Berberum, Unciam unam.

5. *Sinapismus.*

- Rec. *Fermenti panis,*
Seminis Sinapi contusi, ana Uncias tres.
Piperis nigri contusi, Unciam unam.
Aceti Vini, quantum sufficit ad Cataplasmatis formam.

§. 7.

Tandem, ut omnem quam possibilem utilitatem *Pharmaciae nostrae* conciliemus, circa varia medicamenta in ea recepta, quaedam addenda, vel emendanda veniunt, quae secundum paragraphorum seriem indicabimus,

Ad §. 15. Figura, quam *per ill.* STOERCKIUS & JACQUIN nobis de *Aconito* dederunt, neque *Napellum*, neque *Cammarum*, sed *Aconitum Neomontanum* designat. Cum *Napellus* admodum raro in *Germany*, sed in regionibus montanis *Helvetiae* & *Sueciae* invenitur, sub falso nomine *Aconiti Napelli*, hucusque ex *Aconito Neomontano* apud nos *Extractum* paratum fuit, sicut *Aconitum*, quod *Cammarum* plerumque denominatur, *Aconitum tauricum* est. Interim omnes *Aconiti* species, quae *flore cocruleo* praeditae sunt, ratione virium non multum inter se discrepant. *Illustr. Koelle* nobis de *Aconito Napello* in *Spicilegio observ. de Aconito*, optimam figuram dedit.

Ad §. 17. *Aloë spicata* quidem optimam, seu *soccotrinam* largitur *Aloën*, sed *hepatica* ex *Aloë perfoliata* venit.

Ad §. 28. *Argentum cupellatum* ab omni *Cupro* sit immune, quod *Lapis lydius* indicat. Si etiam solutio *Argenti* in *Acido Nitri*, minus alba & limpida est, aut fusio eius cum *Nitro* & *Borace*, his salibus colorem communicat, aut si affusum *Spiritum salis Ammonii*

Ammoniaci urinosum colore imbuit coeruleo, Argentum Cupro adulteratum esse, indicat.

Praefstat Argentum foliatum per digestionem in Spiritu Salis Ammoniaci urinoſo examinare, an Cupro inquinatum sit, quod color coeruleus indicat.

Ad §. 30. *Si flores Arnicae in infuso praescribuntur, includantur linteo, ne fibrillula deglutiantur & in oesophago magnam irritationem excitet.*

Ad §. 35. *Asphaltum, quod etiam in Gallia, Helvetia & Germania reperitur, adulteratum & impurum est, quando sumo nigro deflagrat.*

Ad §. 53. *Depravatio Boracis cum Alumine, sapore dognoscitur styptico & liquefactione difficultiori, in primis praecepitatione terrae aluminoſae ex solutione Boracis, per infillationem Lixivii Tartari. Cum Sale geminae inquinationem, crepitatio super igne denotat.*

Ad §. 71. *Radix Caryophyllatae in mense Aprili seu Maio, statim, quando herba progerminat, effodienda est, quia florescentiae tempore illa de odore aromatico multum amisit.*

Ad §. 86. *Novissimis temporibus diversi alii Cortices detecti sunt, quos cum peruviano hactenus officinali affinitatem habere itinerarii statuunt. Sed observationes certae de eorum viribus adhuc nobis defunt. Clar. WRIGHT in der Samml. auserl. Abhandl. zum Gebrauch pract. Aerzte XIV. B. 3. St. perhibet, Cinchonam caribaeam, inter omnes Cinchonae species, quam maxime cum nostro officinali convenire, & neutiquam, ut alii volunt, vomitariam vim exserere, quod multo magis de Cinchona triflora, brachycarpa & Cinchona St. Luciae, quam ALEX. ANDERSON primum detexit, statuendum esse, quae enim iam in minima portione data vomitum excitent.*

Ad §. 102. *Quando Aerugo in Acido Vitrioli solvitur, admixta Creta vel Gypsum in fundo remanent.*

Ad

Ad §. 116. *Pulvis Flammulae Iovis, ulceribus phagedae-*
niciis inspersus, ea quam optime mundificat, &
carnem luxuriantem absunit.

Ad §. 133. *Gummi Tragacanthae non ex Astragalo Tra-*
gacantha, sed uti illuftr. WILDENOW, cui Hi-
storia naturalis & Chymia tam multa debent, do-
cuit, ex Astragalo cretico, qui in Asia minori &
insula Candia crescit, acquiritur.

Ad §. 201. *Si ulcera cacoethica & carcinomatosa cum Pice*
liquida deligantur, ea munda reddit, ichorem emen-
dat, foetorem corrigit & dolores sedat.

Ad §. 202. *Quando Minium, quod in Anglia & in Ger-*
mania prope Norimbergam, in officinis miniariis
paratur, Bolo rubra, vel Colcothare Vitrioli, vel
pulvere laterum adulteratum est, detegetur, si te-
ratur cum Sale Ammoniaco, ubi tunc odorem Sa-
lis Ammoniaci non spargit, & coctione in Aceto,
ubi solum Minium solvitur. Cum Ochra rubra vi-
tiatum, detegitur solutione in Aqua Regis, quum
solutio vitiati filtrata cum Tinctura Gallarum ni-
grefcat, & cum Lixivio Sanguinis coerulefacat.

Ad §. 237. *Reiiciatur omnis Sapo variegatus, ergo &*
venetus, quippe peregrinorum additamentorum,
forsitan nocentium, suspectus.

Ad §. 301. *De praeclaro interno usu Acidii Salis in febri-*
bilio-putridis, pestilentialibus, variolis mali-
gnis, & etiam ad tangenda ulcera in angina sphace-
lo/a, vid. W. FORDYCE, in der Sammlung auserl.
Abhandl. zum Gebrauch prakt. Aerzte, XIV. B.
3. St. Anno 1664 iam empiricus quidam, natione
Graecus, CONSTANTINUS RHODOCANACIDES
in peculiari tractatu Londini evulgato, hoc Acidum
in variis morbis laudavit.

Ad §. 333. *Ab Aquae Lauro Cerasi usu, illuftr. RICHTER-*
RUS vidit nistum cruentum & sedes sanguinolentas.
Vid. eius medicin. und chir. Bemerkung. i B. p. 49.

Ad §. 355. *In praeparando Balsamo Arcaci, quatuor*
B
Unciae

Ar-
 in
 an
 cat.
 in
 in
 a &
 est,
 di-
 in-
 olu-
 tari.
 Tu-
 laio,
 est,
 atico
 r de-
 inali
 bser-
 de-
 Ab-
 3. St.
 Cin-
 cinali
 mita-
 chona
 quam
 iduni
 data
 vitur,
 ent.
 Ad

Unciae *Olei Hyperici* requiruntur, ad conciliandum ei debitam consistentiam.

Ad §. 375. Melior *Cerati Saturni* parandi methodus haec est.

Rec. *Cerae citrinae*, Uncias quatuor.

Olei Olivarum, seu *Nucum inglandium*, Uncias novem.

Liquefacta ab igne remove, & simulac lentescere incipiunt, sensim, & sub perpetua agitatione adde,
Extracti Saturni, Uncias duas cum dimidia.

Ad §. 389. Solo *Cremore Tartari*, quod etiam *illuſtr.*

WEIKARDUS monuit, nunquam *Hydropem* sanavimus, ex *Electuario* vero sequenti, cuius formulam laud. *WEIKARDUS in den med. Fragen und Erinnerungen*, p. 24 dedit, exoptatissimos vidimus effectus:

Rec. *Pulveris radicis Ialappae*, Drachmam unam.

Cremoris Tartari, Drachmas tres.

Roob Sambuci, q. s. ad *Electuarium* formam.

Ad §. 390. Ad parandum *Cremorem Tartari* solubilem recipiantur, partes tres *Cremoris Tartari* & una *Boratis*, & itaque tantum Libra una *Cremoris Tartari*, ad Uncias quatuor *Boratis* venit.

Ad §. 416. *Emplastri communis* formula, ita mutanda est:

Rec. *Pulveris Lithargyrii*, Libras quatuor.

Olei Olivarum, Libras septem.

Coque lento igne in lebete metallico sub perpetua agitatione, donec omne bene solutum fuerit.

Ad §. 460. Drachmam unam *Herbae Cicutae* cum Uncia una *Mellis* mixtam, proficuum invenit *per illuſtris noſter BALDINGERUS in ulceribus phagedaenicis pedum, mentagra venerea*, ubi salivatio bis frustra adhibita fuerat, in *hydrole* a scabie retropulsa orto, in *tinea capititis* rebelli, *tumoribus glandularum stropholosif*, *exulceratis* iamiam, contra *vermes & tophum venereum* in tibia. Vid. eius neues Magazin für Aerzte: V. B. 2. St. p. 174.

Ad §. 487. *Fel Tauri* non ultra aliquot septimanas in *Pharinacopolis* aſſervetur, quia facile in putredinem vergit; semper itaque melius est recens patratum.

Ad

Ad §. 503. *Kermes mineralis* praeparatio sequenti modo corrigenda est.

Rec. *Lixivii caustici*, Libras sex,
Evapora in lebete ferreo ad dimidiam partem, po-
stea adde

Attimonii crudi pulverati, Uncias decem.

Sulphuris puri pulverati, Uncias duas. Coque le-
ni igne semper agitando, usque ad remanentia-
m duarum Librarum, dein liquorem fervi-
dum per chartam bibulam filtra; refrigerato li-
quore, pulvis subsidet, & in eo sua sponte
praecipitatur, qui *spadiceum* habet *colorem*.
Tandem hic pulvis *Aqua* sufficienter edulco-
retur & siccatur.

Ad §. 508. *Illust. WEIKARDUS & GIRTANNERUS*. qui-
dem solutione in Scrupuli unius *Lapidis canstici* in
Libris duabus *Aqua*, in *blenorhoeis* iniiciendam
laudent, sed sensibiores, uti ipse etiam *WEIKAR-*
DUS monet, hoc non tolerant, ideo caute mer-
candum esse, quilibet videt.

Ad §. 512. Ad parandum *Laudanum liquidum*, loco
Aquae florum Cassiae, recipiatur *Vinum hispanicum*.

Ad §. 517. *Liquorem anodynnum* etiam tali modo acqui-
rimus, si uni parti *Naphtha Vitrioli*, novem par-
tes *Spiritus Vni rectificatissimi* addantur.

Ad §. 533. Plerumque *Mercurium calinatum rubrum*
Pharmacopoei sibi ex Belgio procurant, quod ve-
ro improbandum censemus. Reiciatur insuper
talis *Mercurius*, qui sapore metallico & corrosivo
praeditus est.

Ad §. 542. *Illust. WEIKARDUS* quoque ex interno *Mer-*
curii sublimati usu *phthises* ortas vident. Digna-
funt ea, quae hac occasione in den medicinischen
Fragmenten p. 132. profert, huc exscribamus.
„Ich habe, ait enim, übrigens einigemal wahrge-
nommen, und kann es noch täglich wahrneh-
men, dass so mancher junger Mann auf einen

„unbedeutenden venerischen Zufall zehrend sterben muß. Man sagt sodann ganz gerade hinzu, er ist an der Luftfeuche gestorben. Ich habe bei solchen unglücklichen keine Spur von zurückgebliebenem Gifte der Luftfeuche, aber wohl vielmahls Spuren vom Sublimat, welcher in Brantwein, oder auf andere Art gegeben worden, entdecken können. Als der höchstsel. Kaiser Joseph in Cherson war, erkundigte er sich in den Spitalern, ob man den Soldaten auch noch den Sublimat in *venerischen Zufällen* gäbe? Ein Wundarzt bejahte es, worauf der Kaiser antwortete, ich habe ihn in allen meinen Staaten verboten. Vielleicht ist der unglückliche Kaiser, selbst ein Opfer dieses Gifts geworden, da es vorhin bey so verschiedenen Krankheiten gegeben wurde.“

Ad §. 543. Quoniam consueta destillatio ad depurandum Mercurium vivum non sufficit, huius loco sequentem suademus:

Rec. Sulphuris citrini, Uncias tres.

In vase terreo leni igne adhibito sensim admisce Mercurii vivi, Libram unam.
Frigefacta pulverentur & addita
Cinerum clavellatorum Libra dimidia, ex retorta
ferrea & adaptato vase recipienti aqua replete,
destillentur.

Ad §. 554. Varia Olea unguinosa ad aethereorum adulterationem usurpantur: e. g. Oleum Olivarnum purissimum, Amygdalarum, seminum Papaveris albi, quae praecipua sunt, quia odorem aethereorum nullo modo variant, & solummodo consistentiam & colorem in quibusdam mutant; quanquam progressu temporis tali modo adulterata Olea, quoad odorem & saporem magnam mutationem subeunt. Omnia etiam haec diutius servata, rancorem contrahunt, & ideo Sepiasiarii de

de substituenda alia substantia oleosa, illam mutationem non subeunte, cogitarunt, *Oleumque Been sumferunt, quod ex seminibus Guilandinae Moringae Linn.* exprimitur. Hocce *Oleum limpidum, insipidum odorisque expers,* nunquam fere *rancorem contrahit,* etiam si per plures annos, *in vitro non bene obturato asservatum sit,* eamque ob catfam omne *Oleum,* quod *ex seminibus Guilandinae Moringae,* ex *Insula Zeylonia & America in Belgium apportatis,* exprimitur, ad adulteranda *Olea pretiosa* adhibetur, ideoque magni aestimatur, obque magnum lucrum, nemini, nisi, curiositatis causa parvam portionem cupienti, a mercatoribus venditur.

Ut detegamus an cum *Oleo Terebinthinae, Olea aetherea* adulterata sint, *Olea terantur in mortario lapideo, vel vitro, sique Oleum Terebinthinae iis admixtum est,* certissime inter terendum *odor terebinthinatus* assurget & nares feriet. Etiam assusus *Spiritus Vini rectificatissimus* admixtum *Oleum Terebinthinae* prodit; *Spiritus Vini Olea* fere omnia *aetherea* brevi tempore solvit, ad perfectam vero solutionem *Olei Terebinthinae* plures dies imo hebdomas necessariae sunt. *Olea cum Spiritu Vini rectificatissimo adulterata, obscuriora* sunt plerumque genuinis.

F. HOFFMANNUS & primus quidem, in *Observ. phys. chym. Obs. VI.* de adulteratione cum *Oleo & Balsamo de Copaiva* mentionem fecit. Hocce *Balsamum humidae destillationi subiectum magnam Olei aetherei copiam,* (ex Unciis octo Unciae nimirum duae cum quinque Drachmis & Granis decem Olei acquiruntur) suppeditat. Cum magno lucro itaque *Oleum* hoc aliis *Oleis aethereis, praesertim pretiosis* admisceri potest, quia *Balsamum de Copaiva* vilioris est pretii. Difficulter haec commixtio cognoscitur, quia *Olea*



Olea hoc modo adulterata, quoad omnes characteres bonitatis cum genuinis convenient. Unicum saltim huius adulterationis signum hoc est, quod maior copia *Spiritus Vini*, & plus temporis, ad perfectam solutionem *Olei destillati*, cum illo ex *Balsamo de Copaiwa* mixti, necessaria sit, quam ad solutionem *Olei puri*.

Alia tandem adulteratio est ea, quae cum *Oleo destillato Vini*, vel *faecum Vini* instituitur, quam methodum STABELIUS descripsit. Quoniam vero ex magna copia *Vini*, vel, *faecum Vini*, parva solummodo portio *Olei* destillando obtinetur, tantum rariora, non vero illa vilioris pretii, cum lucro adulterari possunt. Si hoc *Oleum*, vel etiam illud ex *Balsamo de Copaiwa*, *Oleis aethereis Aquae in natantibus* admiscentur, hoc detegi nequit, fin vero *Oleis Aqua specifice gravioribus* admixta fuerint, mangonium statim cum *Aqua fontana* detegi posset.

Ad §. 616. *Pulveris dentifricii* formula sequenti modo mutanda est:

Rec. *Corticis peruviani*, Uncias tres.

Herbae Nicotianae,

Cremoris Tartari,

Myrrhae eleatiae, ana Unciam dimidiam.

Succi iaponici,

Sanguinis Draconis, ana Drachmas sex.

Misce, siat pulvis, cuius Unciae ad quamlibet præscriptionem addantur

Olei Caryophyllorum Guttae duodecim.

Ad §. 624. *Pulveris temperantis* compositio, quoque ita corrigenda est.

Rec. *Cremoris Tartari*, Libram unam.

Nitri depurati, Uncias tres. Misce.

Ad §. 632. *Rotularum Berberuni* præscriptio data, ita mutanda est:

Rec. *Sacchari canariensis* in pulverem redacti, Libram di midiam.

In

*In vase cupreo Stanno obducto leviter incalescat,
& postea admisce
Succi Berberum depurati, Unciam unam.
Fiant I. a. Rotulae.*

Ad §. 634. Eadem etiam ratione *Rotularum Menthae piperitae* formula corrigenda est.

Rec. *Sacchari canariensis in pulverem redacti*, Libram dimidiam.

*In vase cupreo stanno obducto leviter incalescat, &
postea admisce
Aqua fontanae destillatae, Unciam unam.
Olei Menthae piperitae, Drachmam dimidiam.
Fiant I. a. Rotulae.*

Ad §. 636. Quandoque ad depurandum *Saccharum Lactis*, Alumen adhibetur; si illud factum, solutio *Sacchari Lactis* cum *Aqua fontana*, ex instillata *Tinctura Laceae*, rubicundum colorem acquirit. Ut plurimum *Saccharo canariensi* *Saccharum Lactis* adulteratur, tunc vero maiorem in eo conspicimus dulcedinem. *Saccharum Lactis*, si flavi coloris est, & in eo rancor observatur, plane reiiciendum est.

Ad §. 687. *Spiritus antiscorbuticus Drawitzii*, meliori encheiresi ita praeparatur.

Rec. *Vitrioli ad albedinem calcinati*, Libras duas, vel *Acidi Vitrioli concentrati*, Uncias tres. *Spiritus Tartari*, Libram unam.

Ex retorta vitrea ad siccitatem usque destillentur, ubi *Spiritus albus* saporis aciduli & odoris sulphurei acquiritur. Deinde:

Recipe, *Huius Spiritus*, Libram unam. *Cochleariae*, Uncias quatuor. Misceantur.

Ad §. 698. Sequens *Spiritus Nitri dulcis* parandi methodus praferenda est:

Rec. *Nitri depurati*, Libram unam & Drachmas duas. *Magnesiae nigrae*, Libram dimidiam.

Mixtis adde *Spiritus Vini rectificati*, Libras tres, *Acidi*

Acidi Vitrioli concentrati, Libram dimidiam.
Recipiente adaptato, destillentur inde Librae tres.

Ad §. 707. Secundum easdem leges *Spiritus Salis dulcis* ita paretur.

Rec. Salis culinaris siccaci, Uncias sedecim.
Magnesiae nigrae, Uncias octo.

Mixtis & retortae immisso, caute superaffunde
Spiritus Vini rectificatissimi, Libras duas.
Acidi Vitrioli concentrati, Uncias octo.
Recipiente adaptato, destillentur leni igne ad
 siccitatem.

Ad §. 768. Cum *Tinctura Guaiaci volatilis*, medicamen-
 tum admodum calidum & irritans sit, quod ra-
 ro aegri in larga portione tolerant, a Guttis quin-
 decim incipiendum & usque ad triginta vel qua-
 draginta ascendendum.

Ad §. 822. In *Decotto contra fribumas*, pilae marinae
 omittendae sunt.

Ad §. 824. In *Emplastri vesicatorii perpetui Ianini*, quod
 ad secundam partem pertinet, praeparatione, *Te-
 rebinthinae*, adhuc Uncia una cum dimidia, &
 itaque Unciae quatuor & dimidia addantur, ut
 maiorem acquirat agilitatem.

Ad §. 845. In *Linimento volatili*, Camphora omittenda
 est, si non expresse in praescriptionibus desideratur.

Ad §. 860. *Spiritus Mindereri*, cuius praeparatio secun-
 dae parti inferenda est, ita meliori modo paratur.

Rec. Salis Cornu Cervi, Unciam dimidiam.

Aceti Vini destillati, quantum sufficit ad satu-
 rationem. Serva in vitro probe clauso.

Ad §. 862. Ex numero Herbarum, ex quibus *Succus ex-
 primendus*, Beccabunga expungenda est.

Ad §. 864. In *Unguento pisorico Iafferii*, loco Bac-
 carum Lauri, recipiatur *Oleum Lauri*, ita
 nimirum, ut *Florum Sulphuris* & *Vitrioli albi* aequalibus partibus tantum huius *Olei* adda-
 tur, quantum ad formam Unguenti sufficiat.

tres.
dul-

le¹

ad

en-
ra-
in-
ua-

nae

od
Te-
&
ut

ida

m-

tu-

ex-

c-
ita
li
la-

